verò feuda tum senum tum juvenum Vasallorum possunt
esse feuda: 3. Prædia illa Romana non in pacatis provinciis
assignari solita sunt; nostra feuda ultrò in pacatis provinciis
Vasallis relinquuntur: 4. Prædia illa & fundos limitaneos
Romanorum milites in exterorum & devictorum hostium
agris obtinuerunt; nostri Vasalli feuda non tantum in fini-
bus imperii & devictorum hostium agris, sed ubiq; locorum
in universo imperio salva sibi reservant & defendunt. (d)

a) ut constat ex Vlp. in l. item si verberatum. 15. §. item si ager.
2. ff. de R. vind. & Paul. in l. Luc. Tit. 11. ff. de evict. Jul. Fronton. lib.
de militib. & exempla hujus rei tradunt Liv. lib. 2. decad. 1. Hali-
carn. lib. 3. antiq. Rom. Plin. de Vir. illustr. in Marc. Curt. dentato, Pō-
pon. Latius in Compend. hist. Rom. in Constantin. Constantij p' filio.
b) l. quicumq; 2. l. agros limit. 3. C. de fund. limitroph. c) c. 1. de
prob. feud. al. per Lothar. c. 1. de prob. feud. alien. per Frid. d) Petr.
Heig. p. 1. q. 1. n. 19. Franc. Duar. de feud. c. 3. n. 3. Borch. lib. 1. c. 1.
de feud. n. 11. in fin.

XX

Arctior adhuc cognatio est inter clientelas Romanorū
& feuda nostra: Etenim ut olim clientes patronis suis ad o-
mnia obsequia obstricti erant; & rursus patroni clientibus
suis mutua officiorum obligatione necitebantur: (a) sic & in
feudis Vasallus domino, & contra dominus Vasallo tenetur;
Unde Vasalli nostri in consuetudinibus feudorum sæpius cli-
entuli dicuntur; (b) ad imitationem juris civilis, quo iidem
clientes nuncupantur. (c) Discrepant autem clientelæ Ro-
manorum à feudis nostris 1: cum clientelæ illæ non belli, sed
pacis & otii fuerint alumnae: at feuda nostra maximè ob fi-
delitatem Vasallis, ut dominos suos in bello defendant, con-
cedantur; (d) 2. cum patroni data cuique optione à clienti-
bus eligerentur; (e) at contra nostri feudorum domini Va-
sallos

sallos sibi seligant quosque fidelissimos: (f) 3. cum clien-
tes etiam si se & omnia bona sua in fidem, tutelam, & patro-
cinium patronorum darent, prædia tamen sua pleno jure re-
tinerent, & nihil amplius à patronis acciperent; Contra ve-
rò Vasalli nostri prædia sua à dominis, & quidem non jure
proprietas, sed ususfructus tantum habeant. (g)

a) Gell. lib. 15. N. A. c. 13. & lib. 2. c. 1. Plut. in Rom. Dionys. Hali-
car. lib. 1. antiquit. Roman. Ioh. Rosin. lib. 1. antiq. Rom. c. 16. Jacob.
Durant. lib. 1. Var. c. 1. b) c. un. de cont. inter. dom. & fid. de invest.
feud. c. un. in pr. de alien. feud. c) l. non dubito. 7. §. liber a. 1. ff. de
capt. & postlim. rever. l. si verò supr. §. si quis. 1. de his qui de jec. vel
effud. l. qui poenum. 3. §. sed quod 6. ff. de pæn. legat. l. si libertus. 89.
ff. de furt. l. 3. ff. de usu & hab. l. si delegatio. 3. C. de novat. d) c. un.
de nov. form. fidel. e) Halic. Rosin. Durant. dd. loc. f) c. un. de
form. fidel. g) c. un. in fin. in quib. caus. feud. amit.

XXI.

Deinde jus hodiernæ protectionis, die schutz und schirm ge-
rechtigkeit / quod ex jure feudario advocatiã vel feudã advo-
catiã non malè dixeris (a) cum feudis affinitatem habet.
Nam jus protectionis æquè ac feuda jurisdictionẽ tribuit in
personam, (b) & in protectionem recepti perinde ut Vasalli
nihilominus manent sub jurisdictione ordinaria, & domino-
rum suorum, quorum subditi sunt. (c) Differunt autem jus
protectionis & feuda 1. quia pro officiis per protectionem
præstitis persolvuntur tantũ salaria & annuæ pensiones pro-
tectoribus, quæ ad hæredes non transeunt; (d) ipsa verò
feuda ad heredes masculos & agnatos trãseunt: (e) 2. recepti
in protectionem non accipiunt prædia à protectoribus suis,
ut Vasalli à suis dominis. 3. Nec ut Vasalli fidelitatẽ iurãt. (f)

a) per ea, quæ tradit Intrig. q. 38. n. 34. Geil. lib. 2. obs. 54. n. 2.
b) c. recepimus & c. ex parte. Ex. de privileg. Geil. d. obs. 54. n. 1.
c) Geil. d. obs. 54. n. 3. Hieron. Schurff. cent. 3. cons. 33. n. 2. d)
Iac. de Franc. in pralu. feud. n. 215. Iac. Men. lib. 1. arbit. jud. q. 68.
n. 9.

n. 9. Intrig. d. q. 38. n. 37. c) t. t. de succ. feud. t. t. de succes. frat. & grad. suc. in feud. c. un. an ag. vel fil. pos. retin. feud. rep. her. & aliis textib. vulgatis. f) ut plurib. disput. Bodin. lib. 1. de Repub. c. 7.

XXII.

Fertid jura & mutua officia patronorum & libertorum nō exiguam cum mutua Vasallorum & dominorum obligatione cognationem habent: Siquidem ut patronus liberto, cū antea servum manumittendo, libertatem dedit, & propterea liberto persona patroni sui semper sancta & honesta videri debet, (a) eiq; ille operas in gratitudinis & accepti beneficii antidoron & remunerationem præstare, quales ex ætate, dignitate, valetudine, necessitate, proposito, cæterisq; ejus generis, in utraque persona æstimari possint, etiam suo victu vestituque: (b) Sic etiam Vasallo propter acceptum beneficium domini, persona sancta & honesta videri debet, ut nē contra dominum suum spontē testimonia ferre, cum vè accusare possit, (c) & in remunerationem non tantum obsequia & servitia militaria præstabit; sed & fidelitatem jurando semper domini tutum, incolume, honestum, utile, facile, & possibile in memoria habere debet (d) Est tamen etiam disparitas inter jura libertorum & feuda, eò quod libertus à patrono rem inæstimabilem, libertatem; Vasallus verò à domino prædia tantum in feudum, ut ipse heredesq; sui domino fideliter serviant, accipiat; adeoq; ille ob majus beneficium magis sit patrono obstrictus, quàm Vasallus domini. (e)

a) l. libert. 9. ff. de obseq. par. & patr. præstandi. l. 6, 7, 8. C. eod. l. 2. C. qui & advers. quos in integr. restit. pos. arg. l. libertorū. 12. C. de testib. b) l. ejus. 16. §. tales. 1. l. nec audiendus. 17. ff. de oper. libertor. l. suo victu. 18. C. eod. c) c. un. de form. fidel. c. pen. de cons. feud. rect. d) c. un. de nov. form. fidel. Jason in prælud. feud. n. 21. Intrig. q. 58. nu. 1. Matth. de Afflict. in prælud. feud. n. 73. Nic. Eberh. in top. legal. in loc. à libert. ad Vasal. 59. n. 1. & seqq. Intr. q. 58. n. 11. Myns. cent. 4. obs. 91. n. 1. Rosen. c. 1. concl. 11. lit. A. e) arg. l. liber-

*l. libertas. 106. l. infinita. 176. ff. de R. I. l. ex hac lege. 3 ff. si
quadr. pamp. fecis. dicat. l. prator. 1. §. sed cum homo. 5. l. 7. ff.
de his qui dejec. vel effuder.*

XXIII.

Quartò Majoratus sive jura primogeniorum, ut olim
ita etiam hodie usitata, (a) feudorum sunt Cognata: (b) sunt
enim qualitates & pacta, quibus res & bona vel ex testamen-
to vel Conventionibus privatorum familiae alicui perpetuò,
sed certis Conditionibus, ut puta, in iis semper primogeni-
tus solus succedat, relinquuntur; (c) talia pacta circa feuda,
dominorum Consensu fieri possunt, ut videre est ex nativa
indole feudorum, dignitatem regalem habentium, ut sunt
Electoatus, Ducatus, comitatus; & bona utrobip; sunt alic-
nabilia; (d) Ipsa tamen feuda non sunt; sed ab iis differunt 1.
ut accidentia & feudis & bonis allodialibus Communia; 2.
Majoratus rectè constitutus & utile & directum dominium
transfert in possessorem, quod secus est in feudis; 3. ratione
bonorum majoratui aut primogenio subjectorum non ut in
feudis præstantur servitia militaria; (e) 4. in majoratu non
exigitur fidelitatis juramentum, ut fit in feudis. (f).

a) *Deut. c. 21. Joseph, de antiquit. judaic. lib. 4. c. 6. Tiraq.
de jur. primog. in præfat. à n. 3. usq; ad 36. b) Molina de jure primo-
gen. lib. 1. c. 7. n. 2. Capol. Cons. 251. n. 4. volum. 2. Ioh. Lup. in
repet. rubr. Ex. de donat. int. vir. & uxor. §. 69. n. 34. c) Cov.
lib. 3 var. resol. c. 5. pertor. d) per ea quæ tradit Ar. Pinell. in lib.
1. p. 3. n. 95. & seqq. de bon. matern. Intrig. q. 57. n. 50. & seq.
e) *Molina de jur. primog. lib. 1. c. 7. n. 4. f) Rittershus. p. feudal.
c. 2. q. 15. c. ult. per quos fiat invest.**

XXIV.

Quintò inter feuda & fidei commissa aliqua est cogna-
tio, cum fidei commissa non magis quàm feuda sint aliena-
bilia, (a) & exinde fidei commissa feudis possint æquipara-
ri; (b) Attamen inter se differunt: fidei commissa namq; non
ut feu-

ut feuda servitia sustinent militaria, non obstringunt posses-
sorem juramento fidelitatis, & tantum in rebus allodiali-
bus constituuntur, quæ & allodiales permanent licet oneri
restitutionis subjectæ sint. (c)

a) *l. filius familias. 114. §. d. vi. 11. ff. de legat. 1. tt. tt. de ali-
en. feud. de prob. alien. per Lothar. de prob. feud. alien. per Frid. b)*
Pruckman. Cons. 48. n. 127. Cons. 50. n. 551. Menoch. Cons. 16.
*n. 3. Cons. 89. n. 65. Anton. peregrin. de fidei com. t. 27. n. 4. Rosen-
th. c. 1. Concl. 11. n. 3. c) tt. tt. I. D. & C. de legat. & fidei com.*

XXV.

Sextò ad feudorum indolem accedunt possessiones
Romanorum provinciales, seu prædia tributaria & stipendi-
aria, vel fundi vectigales, quoniam ad tempus vel in perpe-
tuum locabantur solum utendi fruendi jus more feudorum
in possessorem transferendo, proprietate vel dominio penes
dominum remanente; (a) ab eadem verò distant ipsa diffe-
rentia specifica; proprium enim feudorum requisitum est,
ut vasalli ex natura & innata feudorum indole dominis ju-
ramentum fidelitatis præstent, (b) quod à provincialibus i-
stis possessoribus nunquam requisitum est.

a) *l. si finita. 15. §. si de vectigalibus. 26. ff. de dam. infect. l.*
si domus. 71. §. sed & si. 6. ff. de legat. 1. l. agri. 1. ff. si ag. vect.
vel emphyt. petat. l. questio. 115. ff. de v. s. Barnab. Brisson.
lib. 4. select. antiquit. c. 1. Festus lib. 14. Isidor. lib. 5. etymol. c.
13. b) c. ult. in fin. per quos fiat invest. c. un. §. ult. in quib. caus.
feudum amit.

XXVI.

Septimò eundem in modum reliqua jura omnia, qui-
bus possessores percipiendorum fructuum ex rebus alienis
facultatem & potestatem nanciscuntur, cum feudis conve-
niunt, & differunt ab iisdem. Sic jus mariti in bonis dotali-
bus cum feudo convenit, (a) ab eoq; differt, quin amplius
quod non transeat ad posteriores mariti heredes, ut feuda;
sed soluto matrimonio extinguatur (b)

D

a) *l. pro*

a) *l. pro oneribus. 20. C. de jur. dot. l. dotis fructum. 7. in pr. l. plerumq; 10. §. si res. 6. l. si ex lapicidinis. 32. ff. eod. l. un. C. de rei uxor. act. l. si quis. 21. §. si uxor. 1. ff. de donat. inter. vir. & ux. tt. tt. ff. & C. de jur. dot. & solut. matrim.*

XXVII.

Octavo sic bonæ fidei possessio cum feudis convenit in eo, quod bonæ fidei possessor rei alienæ fructus lucretur; (a) ab iisdem verò differt, quod bonæ fidei possessor non ut vassallus servitia militaria præstet, nec fidelitatem juret, immò ne quidem scientiam rei alienæ habeat; sed se dominum esse credens non solum fructus lucretur; Sed etiam rem ipsam usucapiat, & contra rem alienam esse cognoscens commodum possessionis amittat, nec fructus amplius lucretur; (b) attamen tam diu eos retineat, quam à vero domino vindicentur, & res evicta fuerit: (c)

a) *§. si quis à non domino. 35. I. de rer. divis. & acquir. l. bonæ fidei. 48. in pr. ff. eod.* b) *l. item veniunt. 20. §. petitam. 11. l. sed & si. 25. §. de eo autem. 5. ff. de pet. hered. l. qui bona. 23. §. tam diu. 1. l. bonæ fidei. 48. §. in contrarium. 1. ff. de acquir. rer. dom.* c) *arg. l. officium. 9. ff. de R. v. d. l. bonæ fidei. 48. in pr. ff. de acquir. rer. dom. Donell. lib. 4. com. c. 24.*

XXVII.

Nonò sic precarium tam Canonicum quam civile feudis cognatum est, ab iisq; separatum. Nam quod attinet illud, œconomus alicujus ecclesiæ concedit alicui rem ejus ecclesiæ utendam fruendam ad vitam vel ad certum tempus, ea tamen lege & conditione, ut accipiens vicissim det ecclesiæ rem aliquam ex suis bonis, quæ sit ejusdem pretii, in qua sibi tam diu nihilominus usum fructum retinet; finito verò contractu illo vel morte, vel temporis lapsu utriusq; prædii proprietas ad ecclesiam revertitur, (a) neq; pro libitu revocari potest, ut & feudum (b); At discernitur à feudis fidelitate & servitiis militaribus præstandis, nec ad heredes ut feuda

dum transit; sed morte possessoris extinguitur, (c) quin etiam singulis lustris non mutata persona aliqua, ut in feudis domini vel vasalli, renovari oportet. (d). Quo ad hoc æque usus alicujus rei alicui roganti conceditur, & quidem sine ulla Compensatione, in quo convenientia quædam cum feudo est; (e) atqui ab eodem iisdem, ut & illud, differt, & præterea, ut & ab illo, quòd neque ad certum usum, neque ad certum tempus roganti concedatur; (f) sed ad libitum concedentis revocari possit, (g) secernitur.

a) CC. adt. 14. lib. 3. decret. de precar. b) c. ult. §. fin. Ex. de precar. c) d. c. ult. §. fin. d) c. 1. Ex. de precar. Cujac. lib. 4. obs. 7. VVes. in π. ff. de precar. n. fin. e) l. 1. ff. de precar. Paul. lib. 5. sent. t. 6. Cujac. d. c. 7. VVes. in π. d. t. n. 9. f) VVes. in π. d. t. n. 4. g) l. precarium. 1. l. cum precario. 12. l. si servus. 13. de precar.

XXIX.

Decimò ususfructus maximam cum feudis cognationem habet, ut inde quidam feudum & usumfructum, vasallum & fructuarium compararint. (a) quia 1. ut ususfructus est ius alienis rebus utendi fruendi salva rerum substantia. (b) Ita etiam dominus feudū concedens retinet sibi proprietatem, & solum rerum usumfructū & facultatē utendi fruendi concedit, salva substantia; (c) 2. ut usufructuarius tantum naturaliter possidet & scientiam habet rei alienæ: (d) Ita etiam vasallus dicitur naturaliter possidere, & insuper scientiam habet rei alienæ; (e) 3. ut usufructuarius proprietatem nullo tempore præscribit: (f) ita nec feudatarius ullo tempore prædii proprietatem præscribit, eò, quòd non pro suo, sed pro alieno possideat; (g) 4. ut usufructuarius meliorem Conditionem proprietatis facere potest, deterio-rem non potest; (h) ita feudatarius meliorem quidem rei feudalis conditionem facere potest, non verò deterio-rem;

(i) 5. ut usufructuarius de usufructu, quia jus personale est, non potest disponere, vel per ultimam voluntatem, vel inter vivos fundum ipsum alienando: (k) Ita nec vasallus de jure suo utendi fruendi in feudo, multo minus de feudo ipso; (l) 6. ut usufructu morte usufructuarii finito res ad proprietarium revertitur. (m) Ita feudo morte ultimi vasalli, successores feudales non habentis, finito ad dominum revertitur. (n). Rursus usufructus à feudis separatur, (o) quia 1. feudatarius servitia præstat militaria, ut domino non sit inutilis: (p) contra usufructuarius proprietario nihil præstat, ut huic proprietas sit utilis; (q) 2. usufructus sua natura ad proximos heredes non transit. (r) feudum contra; (s) 3. usufructuarius cautionem de utendo fruendo boni viri arbitrari, & re, finito usufructu, restituenda præstare cogitur. (t) non item vasallus. (u).

a) *Andr. Geil. lib. 2. obs. c. 155. n. 3. & 5. Curt. Jun. Consil. 137. n. 3. Natta Cons. 174. n. 11. Roland. Cons. 40. n. 1. vol. 4. Rosenth. c. 1. concl. 11. n. 3. lit. F. & alii ab hoc allegati.* b) *pr. 1. de usufr. l. 1. ff. eod.* c) *c. un. §. fin. in quibus causis feud. amit. Bl. in c. 1. §. pub. latron. t. de pac. tenen.* d) *l. naturaliter. 12. in pr. ff. de acquir. vel amit. poss. l. acquiruntur. 10. §. ff. de acquir. rer. dom. c) c. 1. §. fin. de invest. de re alien. fact. Intrig. q. 19 n. 9. & seqq. (f) l. ne fructuarius. §. C. de usufr. §. de iis autem. 4. vets. fructuarius. Inst. per quas pers. cuiq. acquir. l. acquiruntur. 10. §. sed bonæ fidei. 5. ff. de acquir. rer. domin. g) arg. l. 3. l. cum notissimi. 7. §. fin. C. de præscript. 30. vel. 40. annor. h) l. si cuius 13. §. fructuarius. 4. ff. de usufr. l. ex Sylva. 10. l. sed si. 15. §. generaliter. cod. i) c. è contra. de investit. de re alien. fact. k) l. sicut. 3. §. morte. 3. l. repeti. 5. ff. quib. mod. usufr. vel us. amit. l. interest. 6. C. de usur. l) c. un. de suc. feud. m) §. fin. I. de usufr. Paul. lib. 3. sent. c. 6. §. 28. n) c. un. §. fin. In quib. causis feud. amit. o) per ea quæ tradit Geil. lib. 2. obs. 155. n. 5. post Zaf. Consil. 12. n. 28. & seqq. vol. 1. Intrig. q. 9. n. 137. & seqq. Rit. tershus.*

tershus. P. feud. q. 4. Iohan. Igneus. l. 1. § domini. 2. n. 56. & se-
qq. ff. ad Sc. Syllan. p) c. un. §. fin. in quib. Caus. feud. amit: q) tt.
tt: l. ff. & C. de usufr. r) l. antiquitas. 14. C. de usufr. §. 1. & fin.
l. de usufr. l. sicut 3. §. fin. ff. quib. mod. usufr. amit: nisi pactis &
Convent: aliter sit provisum ut heres heredi succedat l. heredis. 6 s.
l. 17. ff. de v. s. l. quin multas. 194. ff. de R. I. s) c. 1. de succ.
feud: c. un. §. fin. in quib. caus. feud. amit: Borck. c. 1. de feud. n.
16. t) l. si usufructus. 1. C. de usufr. u) Tiraquel. in tr. de 1. pri-
mogenior. q. 4. n. 20.

XXX.

Vndecimò jus superficiarium seu conductionem ad lon-
gum tempus quidam cum feudis conferunt; (a) sed minus
convenienter. Siquidem jus superficiarium est paganicum
seu allodiale, & ex Contractu descendit (b) & tantum dili-
gentiam & mercedem præstat, unde prædia superficiaria &
ædes superficiariæ dicuntur, quæ in Conducto solo certa
pensione annua habentur, (c) nec in super fidelitatē præstat,
nec transit ad heredes, utpote in superficie consistens (d) quæ
vel emitur vel conducitur, (e) cùm contra feudum sit jus
militare & ex amore & reverentia domini originem habe-
at (f) & fidelitatem & servitia militaria præstet, sitq; ad he-
redes transitorium (g)

a) Ludolphus Schard. p. 2. feud. c. 2. n. 57. & seqq. b) l. 1. ff.
de superfic. c) l. bonorum. 49. ff. de v. s. l. item prædia. 10. ff. fa-
mil. her. l. tutor. 16. §. fin. ff. de pig. action. l. superficiarius. 2. ff.
de superficieb. d) l. certo pignori. 13. ff. de servit: rust: prad: e) l. 1.
§. 2. ff. de superfic. f) c. un. de feud. dat. in vic. L. Com. g) c. un. §.
fin. in quib. Caus. feud. amit.

XXXI.

Duodecimò cum feudis aliquam Cognationem ha-
bent, ab iisq; etiam differunt tres hi Contractus: Libella-
rius, Emphyteuticarius, & Censualis seu Censiticus. Inter

contractum libellarium (a) & feudum aliqualis est cognatio, eò quòd sit negotium sive Conventio, qua res alicui venditur certo precio, eo tamen pacto adjecto, ut nihilominus in singulos annos exigua pensio paucorum denariorum vel etiam frumenti alicujus solvatur, & illud libelli negotium certorum annorum decursu prout convenit renumerato precio renovetur, (b) ut ita annua illa pensio sit loco servitorum; At potius differunt à se invicem 1. quia nulla in hoc præstatur fidelitas, ut contra in feudo. 2. libellarius Contractus est negotium paganicum, ex quo pensio nummaria vel frumentaria aut similis tantum præstatur: feudum est negotium militare, ex quo servitia militaria præstantur; (c) 3. libellaria certorum annorum decursu renumerata precio renovatur: feudum non, nisi persona domini vel vassalli mutata. 4. In libellaria transit utrumque dominium directum & utile in accipientem: in feudo tantum utile solumque jus utendi fruendi. (d) Si quærimus, hic Contractus hodie in usu non est.

a) qui etiam libellaria dicitur VVesenb. ex Varron. lib. 4. de ling. latin. & Cic. & Plaut. de feud. c. 14. n. 6. Alciat. lib. 1. parerg. c. 1. vel etiam simpliciter libellus c. un. in pr. de alien. feud. & c. imperialem in pr. de proh. feud. alien. per Frid. Hottom. & Cujac. ad t. C. de jur. emphyt. b) c. un. § donare. 1. qualiter olim poter. feud. alien. Cujac. c. un. quib. mod. feud. amit. Borch. de feud. c. 3. n. 45. Rittershus. c. 2. Part. feudal. q. 7. c) id quod F. disertè tradit cum allodium & libellum conjungat, utrumque tamen feudo opponat in c. inter filiam. 2. si de feud. def. content. sit int. Dom & ag. vass. d) uti hæc omnia ex definitione utriusque communis DD. calculo comprobantur.

XXXII.

Contractus emphyteuticarius cum feudis summè videtur convenire, cum sit Contractus, quò dominus agrum
aut,

aut prædium incultum & desertum alicui utendum fructu-
 dum concedit, ea lege, ut id melius & cultius reddat assi-
 dna cura & cultura, & domino nihilominus quotannis cer-
 tam pensionem pecuniariam vel frumentariam præstet. (a)
 Itaque 1. ut in feudo sic & in emphyteusi tantum jus utendi
 fruendi conceditur, eo que tantum utile dominium transfer-
 tur, & vasallo & emphyteutæ datur utilis rei vindicatio. (b)
 2. uterque illorum possidet naturaliter, & utriusque datur interdi-
 ctum uti possidetis. (c) 3. feudum & emphyteusis tantum
 in re immobili, consistunt. (d) 4. feudum cum emphyteusi
 sine Consensu domini alienari non possunt. (e) Rursus re-
 ipsa & in plurimis differunt (f): 1. quia emphyteuta non præ-
 stat juramentum fidelitatis, ut vasallus; 2. Emphyteusis est
 Contractus juris civilis: (g) 2. feudum moribus & Consue-
 tudine est introductum (h) 3. In emphyteusin succeditur
 etiam ex testamento: in feudum tantum ab intestato. (i)
 4. in emphyteusin non tantum liberi & agnati, sed etiam ex-
 tranei ex testamento succedunt (k): in feudo tantum liberi
 & hodie etiam agnati, non extranei (l). 5. In Emphyteusi
 omnes heredes nulla habita ratione sexus tam fæminæ
 quàm masculi successione sunt capaces: Ex feudi natura
 tantum masculi sibi succedunt. (m)

a) l. 1. ff. si ag. veēt. vel emphyt. petat. Alvorat. in præ-
 lud. feud. Alciat. lib. 1. parerg. c. 30. Molin. in consuet. Paris.
 t. 2. in pr. n. 29. Schneid. ad §. ideò autem. 3. n. 1. Heig. n. 2.
 I. de loc. & conduct. b) l. 1. ff. si ag. veēt. vel emph. pet. l. pos-
 sessor. in fin. C. de fund. Patrimon. lib. 11. c. 1. §. rei autem. C.
 §. fin. de invest. de re alien. fact. c) Eberhar. in top. legal. in loc.
 ab emphyt. ad feud. n. 7. d) c. un. in fin. in quib. causis feud. amit.
 l. 2. c. de jur. emphyt. d. l. 1. ff. si ag. veēt. vel emphyt. petat. §. a-
 deo 3. I. de locat. & cond. e) t. t. de prohi. feud. al. per Frid. l. ult.
 C. de jur. emphyt. f) Iul. Clar. ad §. emphyteus. q. 28. Borch.
 de feud.

Imo contractus emphyteu-
 ticus naturalis. Sed prob-
 2 per §. Adco autem in
 3 quod. ubi dicitur: si in
 benda fuisse hoc conven-
 in primis tempore litere
 nullus tunc contentioni
 fuisse: ita quod licet
 & emphytem. stat. boni-
 esse in vet. ant. stat. re-
 Neg. hoc in simili. Den-
 cit: quia idem non
 ob. retinuit. l. 3. §. f.
 quod hnt. vel cur. em-
 r. §. R. si ager veēt.
 küh. car. p. tal. 6. 3. C.
 juris civilis nomen à
 hnt. E. quia nec hnt
 p. ra ad eig. eentiam
 l. fin. C. de jur. emphy-
 h. vel forte in instrumentis
 ad requireretur: est tu-
 ma non substantivus; se-
 vel naturalis. q. p. d. in
 T. ga cum emphyteuta
 p. d. hnt. non sem-
 perficitur, quod ad
 non est necessaria se-
 r. d. i. g. m. t. r. t. ne in
 populari receptum, viz.
 q. p. d. hnt. or. de s.
 de i. n. §.
 f. r. g. zenu. imp. notum
 uenit. R. p. d. i. n. a.
 hnt. notum. q. p. d. i. g.
 hnt. ex consuetudine gong.
 ab iis contractibus, cum
 venire in debent, d. p. d.
 d. i. g. d. n. 12. comm. 10.

de feud. c. 3, n. 48. Bertach. in suo repert: in verbis: emphyteusis
differt à feudo. g) l. ex hoc jure. 5. ff. de r. & r. gl. in §. jus autem
gentium, verb. penè. I. de r. N. G. C. Borch. tr. de feud. c. 3. n. 3.
Bart. in l. 6. ff. de just. & r. n. 4. Alber. ibid. n. 26. Zas. in l. 3.
ff. eod. VVes. in π. de loc. & Cond. Spec. in §. nunc aliqua. in pr. de
emphyteusi Schneid. ad §. adeo. 3. n. 1. I. de Locat. & Cond. & i-
bid. Vult. n. 6. Heig. n. 7. Bocer. de Contract. c. 4. n. 9. Coras. in
l. frater n. 2. de condict. indebit. Anton. Burg: in repet. rubric.
Ex. de emt & vendit. Arius Pinell. in rubr. C. de rescind. vend. p.
1. c. 2. h) sup. th. 3. i) Iul. clar. in §. emphyt. q. 15. & seq. k)
Nov. 55. c. 2. & 120. c. 6 §. 1. Harpr. disp. de emph. th. 10. Co-
var. var. resolu. c. 18. n. 1. l) Iul. clar. d. loc. c. un. de succ. feud.
cum simil. m) Iul. Clar. in §. emphyt. q. 28. tt. tt. de suceß. feud.
& de nat. suc. feud.

XXXIII.

Eodem modo, quo libellus, Contractus censualis vel
censiticus cum feudo, ut & emphyteusi, cognationem ha-
bet, eò quòd suam quoq; præstet annuam pensionem in lo-
cum servitiorum militarium feudorum reputandam. Est e-
nim Contractus, quo prædium aut rem nostram, eiusq; do-
minium in alium transferimus, jure venditionis aliove titu-
lo ad dominium transferendum habili, hoc tamen pacto ad-
jecto, ut nihilominus nobis annua pensio modica præstetur.
(a). Ab iisdem verò differt pluribus, quia 1. per Contractum
censuarium prædii Censuarii non tantum naturalis; sed &
civilis possessio, quin amplius etiam proprietas & directum
dominium in accipientem eundemq; Censuarium transit,
jure tantùm annuæ pensionis penes priorem dominum re-
manente: Contra in feudo & emphyteusi nec dominium di-
rectum, nec civilis possessio; sed tantùm utile dominium &
naturalis possessio transfertur. (b) 2. Censuarium propter
non solutam pensionem aut Censum rem ipsam non amit-
tit, etiamsi cum permille annos non solverit; sed pænâ legi-
timâ

timâ punitur (c): Contra in emphyteusi & feudo non soluto
Canone intra biennium aut trienniū, aut etiam ob culpam
& feloniam quandâ emphyteusis & feudum facile amittun-
tur. ¶ 3. Censuarius rem suam Censuariâ etiam sine ejus Con-
sensu, à quo rē habet, aut cui Censū solvere cogitur, aliena-
re potest (d): ~~Contra emphyteuta & feudatarius consensū re-~~
~~quire cogitur, (e)~~ 4. Censuarius novus investiturâ petere
& eo defuncto heredes ejus renovationē ejus impet rare, &
proinde solvere nō tenentur, nisi alicubi Contraria consue-
dine hoc receptum sit (f): Contra emphyteuta investituram
& ejus renovationem petere & laudemium solvere, & vasa-
lus investituram petere cogitur. (g) 5. In bonis Censiticis nō
competit jus protimiseos ei, cui census debetur (h): Contra
emphyteuta rem emphyteuticariam omnium primò domi-
no offerre cogitur. (i) 6. periculum rei censiticæ ad censu-
arium in totum spectat: Contra rei emphyteuticæ interitus
non ad emphyteutam, sed ad dominum, apud quem domi-
nium directum remansit, pertinet. (k)

a) *Ias. in l. 1. n. 48. C. de jur. emphyt. Covarr. lib. 3. var. resol.*
c. 7. n. 10. Molin. in Consuet. Paris. t. 2. in pr. n. 7. & seqq. Con-
nan. lib. 7. com. c. 12. n. 11. 12. gl. 1. const. Elect. 39. p. 2. P.
Heig. ad §. adeo. 3. n. 16. 17. I. de loc. & cond. b) Eberh. in top.
legal. in loc. ab emphyt. ad Cens. n. 2. 3. Jacob. Menoch. lib. 3. pres.
106. n. 1. Rauchbart. p. 2. q. 22. n. 17. & ibi allegati plurimi. c)
Menoch. de lib. 3. presum. 106. n. 16. Heig. ad §. adeo. 3. n. 16.
& ibi allegati I. de locat. & cond. d) Menoch. d. loc. n. 19. Alvar.
varaj. de jure emphyt. q. 32. n. 32. e) l. fin. C. de jur. emphyt. c.
imperiale. de pro. feud. al. per Fride. f) const. Elect. 39. §. all die
weil aber. p. 2. g) l. fin. C. de jur. emph. tt. tt. quib. mod. feud.
constit. pot. quid preced. deb. an invest. vel fid. & similibus. h)
Rauchb. p. 2. q. 22. per tot. i) l. f. C. de jur. emphyt. k) § adeo. 3.
I. de loc. & conduct. & ibi Heig. n. 26. l. 1. C. de jur. c. emph.

E

Deniqs



Deniq; omnium maximam cum feudis cognationem habent beneficia ecclesiastica. Nam ut vasallus ob beneficiū feudale domino suo ad servitia militaria est obstrictus: sic etiam possessor beneficii ecclesiastici Deo & divinis servire cogitur. Et ut beneficia militaria ac profana militibus & profanis hominibus ob fidem & obsequium dantur: Ita beneficia sacra DEO consecrata ob sacram spiritualemq; functionem conceduntur. (a). Immò tanta est militum spiritualium, & temporalium comparatio, ut sapissimè & non incommodè exinde argumenta ducantur. (b) Toto itaq; genere conveniunt, tantum specie separantur, ideoq; non adeo aberravit, qui feuda spiritualia seu ecclesiastica, & temporalia, secularia, vel profana constituerit. At quia de his tantum agit omne jus, quicquid in jure nostro feudario ab ejus compilatoribus est relictum, de his etiam deinceps saltem tractabitur. Hactenus itaq; de etymologia feudi, & feudorum cognatis: sequitur ipsa definitio essentialis.

a) Duar. præcipuè lib. 2. de benefic. c. 4. qui præterea s' integris libr. de benef. eccles. hoc copiosè demonstrat. b) Eberh. in top. leg. in loc. à mil. armat. ad milit. celest. militie.

Definitionem feudi tenemus illam, quam tradit Feudista Obertus de Orto (a): Feudum est beneficium illud, quod ex benevolentia ita datur alicui, ut proprietas quidem rei immobilis beneficiatæ penes dantem remaneat, usus fructus yero illius rei ita ad accipientem transeat, ut ad eum heredesq; suos masculos sive fæminas (si de his nominatim dictum sit) in perpetuum pertineat, ad hoc ut ille & sui heredes fideliter domino serviant, sive servitium illud nominatim, quale esse debeat, sit expressum, sive indeterminatè sit promissum. Hanc definitionem (licet potius descriptio quædã sit) coram, quæ ad feuda requiruntur, quàm definitio feudi succinctè

noti per Verumfe. posse legitime
i. Nulla species specia
voco generis non est proprietas
sua quia species specia
sunt in differentiâ specia
generis proprium est A
of. 3. y. 4. c. 6. 8. 8. h. i.
est homo: non est legitimus
proposito: quoniam certum
am abigere possim. h. i.
genera emant: sed h. i.
i. h. i.
i. h. i. est species specia
v. n. nullum utimur.
opinionem h. i. eum, q. in
necessitatem venit h. i.
p. 2. h. i. h. i. h. i.
h. i. h. i. h. i. h. i. h. i.
eius optimo aucto non datur
h. i. h. i. h. i. h. i.

fuccinctè & iusto artificio constructa) quia ab omnibus pas-
sim recipitur (b), atq; ut textui juris nostri inhareamus, te-
nemus contra Hottomannum & alios. (c)

Feudum est jus, sub mutua
hinc, in re by immobili
utendi fruendis cond. sub
2. q. 2. de ambig. in
conced. 2. l. 2. §. 1. ibi.

a) C. un. in fin. in quib. caus. feud. amit. b) teste Pis. Soaci. in
pralud. feud. c. 10. n. 2. Intrig. q. 1. n. 20. c) cum Ritter. in part.
feudal. c. 3. q. 4. 5.

XXXVI.

Genus in definitione feudi ponimus beneficium per-
tex. expr. in c. & quia. 1. circa fin. & c. 2. & c. hoc quoq; 4. & c.
ult. in pr. de his qui feud. dar. pos. c. si capitanei. 2. & c. si duo. ult.
de feud. March. vel. ducat. c. un. An mar. suc. ux. in benef. c. un.
quib. mod. feud. amit. cum Censel. in specul. feud. in t. de definitio-
ne feudi. Borch. c. 1. n. 7. Rosenth. de feud. c. 1. concl. 1. lit. A.

XXXVII.

Cum itaq; feudum sit beneficium inde à DD. agitur
quæstio, quæ multorum judicia torfit: An feudum sit & di-
ci possit Contractus? Quidam hoc simpliciter affirmant; (a)
quidam negant; (b) Nos distinguimus inter rem ipsam seu
feudum, & jus quatenus in re immobili constitutum & in va-
fallum profectum est, id est, investituram feudalem, celsio-
nem & dationem feudi: hanc dicimus Contractum, illam
minimè. (c).

at. ut regim. centu. la
definitio un. dominum
nam p. p.
Tib. p. p. in modis feud
pro materia feudi seu
hoc modo conce. quo sig
dum d. n. est ut immo
pro ipso conce. finit. ad
restituam inter dominum
utroq; contractum: qui resp
contractum feudum fuit
3. Pro jure feudi: unive
contractum in p. p. p. p.
in contractum. Deo centu. in
b. i. Contractus ab imho. ubi
modum fuit p. p. p. p. p.
voluntate d. n. p. p. p. p. p.
& alie. At feudum resp. tan
remitti & restituam seniori
contractum, etiam in p. p. p.
2. per L. Lakes 19 de v. & r.
glamago p. p. p. p. p. p. p.
2. & conventiones contractus
und. At v. in v. p. p. p.

a) post Zas. p. 7. n. 58. Curt. de feud. p. 2. princ. n. 59. Ludolph.
Schra. de feud. p. 1. c. 2. n. 1. per. c. un. de form. fidel. & c. de forma.
causs. 22. q. 5. l. labeo. 19. ff. de v. s. b) Franc. Hott. lib. 10. obs. c. 28.
c) cum Facchin. lib. 7. contr. c. 1. q. 2. circa fin. Cuiac. in prasat. feud.
circa fin. VVes. de feud. c. 1. n. 3. Vult. lib. 1. c. 7. n. 7. Ritter. c. 3. part.
feudal. q. 5. Siquidem donatio licet nihil aliud sit quam liberalitas
perl. donari. 29. §. 1. ff. de donat. l. donari. 28. ff. de R. 1. nihilominus
tamen inter Contractus refertur l. Contractus. C. de fid. instrument.
sic & feud. c. un. in pr. an prescript. feud. acquir.

XXXVIII.

Formæ essentialis seu differentia specificæ vicem susti-
nent propria requisita feudi, quorum 1 est: ut benevolè &
spontè

spontè detur (a). 2. ut consistat in prædio aliquo seu re immobili vel certè æquipollenti (b). 3. ut proprietas seu dominium directum rei immobilis beneficiatæ, id est, in beneficium vel feudum datæ penes dantem dominum eundemq; seniore remaneat (c). 4. ut usus fructus ad accipientem eundemq; vasallum transeat (d). 5. ut ad heredes masculos in perpetuum transeat (e). 6. & quidem omnium maximè substantiale est, ut fides seu fidelitas à vasallo & heredibus suis domino præstetur (f).

a) c. 1. ibi amore & honore domini de feud. dat in vic. L. com. repr. Borch. c. 1. n. 12. b) Ioh. Fer. Montan. lib. 2. feud. c. 3. c) Zas. P. 1. feud. c. 8. Soac. in prælud. feud. c. 20. n. 20. d) Borch. c. 1. num. 13. e) c. verò Conradus. 2. de his qui feud. dat. poss. c. si capitanei. de feud. March. ducat. vel comit. c. un. §. si quis. miles. const. feud. dom. Loth. Imp. etc. f) utcumq; enim omnibus in Contractibus fides requiratur l. bona fides. 31. in pr. ff. depos. l. bonam 4. C. de oblig. & A. ea tamen maximè in feudis exuberare debet. c. un. §. fin. in quib. causis feud. amit.

XXXIX.

Fides seu fidelitas præcipuum & substantiale feudi requisitum est, quia fidelitas domino ob beneficium præstanda est de essentiali & substantiali feudi forma. (a) Fidelitas autem à FF statuitur triplex: Domesticitatis seu officii, Subjectio- nis & ipsa feudalis seu clientelaris (b), de quibus posthac disceptatio instituenda.

a) Paris de put. de feud. reintegr. c. 18. n. 7. & c. 267. n. 4. Sonsbec. p. 2. n. 33. & 38. Nicol. Mo. 22. de feud. t. de subst. feud. n. 1. & t. de orig. feud. n. 4. Vult. 1. de feud. c. 6. n. 8.

Borch. c. 1. n. 20. b) Schenck. ad c. un. n. 1, 2, 3.

& ibi Laud. n. 12. qual. vas. jur.

d. b. Dom. fid.

Wittenberg, Diss., 1587-1612

ULB Halle

3

002 392 011





SB

VD17

Retrokonv.,








B.I.G.

Farbkarte #13



23.
31

FEUDALIS
A, 1610 3
 FEUDO-
 FEUDARIII
 gnatis & defini-
 m;
A.
 IDIO
 MI VIRI,
 NNI, J.U.D.
 Academia VVitte-
 ij Ecclesiastici & Scabina-
 m Lusatiam Regij, & per
 Domini Præceptoris
 yandi;
DITA
 Feudalium conformatam
 yicit
 MELASIUS
 . Studiosus.
is locoq. consuetis.
 enckelij, Anno 1610.

